



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

62. Multi languidi & male affecti curantur, inter quos surdus & mutus sanatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 62. Multi languidi & male affecti curantur, inter quos surdus & mutus. Matth. 15. \* 61. Marc. 6. \* 61.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p><b>E</b>T cùm transisset inde Iesus, venit secus Mare Galilææ, &amp; ascendens in montem, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum multos, cæcos, claudos, debiles, &amp; alios multos. &amp; proiecerunt eos ad pedes eius, &amp; curavit eos: ita ut turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: &amp; magnificabant Deum Israel. * 62.</p>	<p><b>E</b>T iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sydonē ad Mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducit eum surdum &amp; mutum: &amp; deprecabatur eum ut imponat illi manus. Et apprehēdens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius &amp; expuēs, tetigit linguam eius, &amp; suspiciens in celum, ingemuit, &amp; ait illi, Ephetha: quod est, adaperire. Et statim aperte sunt aures eius, &amp; solutum est vinculum lingue eius, &amp; loquebatur rectè. Et præcepit illis ne cui diceret. Quātō autē eis præcipiebat, tantō magis plus prædicabāt, &amp; eò ampli⁹ admirabātur, dicentes, Bene oīa fecit: &amp; surdos fecit audire, &amp; mutos loqui. * 63.</p>		

CAP. 63. Septem panibus & paucis pisciculis quatuor millia virorum præter mulieres & paruulos saturantur. Matth. 15. \* 62. Mar. 8. \* 62.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p><b>I</b>esus autem conuocatis discipulis suis, dixit Misereor turbæ: quia triduo iam perseverat mecum, &amp; nō habet quod manducet: &amp; dimittite eos, ne ieiunos nolo, ne deficiāt</p>	<p><b>I</b>N diebus illis iterum cū turba multa esset, nec haberet quod manducaret: conuocatis discipulis, ait illis, Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinet me, nec habet quod manducet: &amp;</p>		